



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istorია

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXVII. Qualiter Episcopi Origenem suscipiebant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPIUT XXVI.

Quomodo Heraclas Alexandrinum suscepit Episcopatum.

Vide Nicephor. l. 5. c. 18.

Decimus hic erat annus jam dicti Imperatoris Alexandri, cum Origenes ab urbe Alexandria Cæsaream migraturus, scholam ad fideles ejus loci instituendos Heraclæ dereliquit. Nec multo post Demetrius Alexandrinorum episcopus fato functus est, cum per tres & quadraginta annos ecclesiam administrasset. In hujus locum successit Heraclas. Florebat tunc temporis Firmilianus Cæsareæ apud Cappadocas episcopus.

CAPIUT XXVII.

Qualiter Episcopi Origenem suscipiebant.

Qui tam propenso erga Origenem animo fuit, ut modo illum in suam provinciam ad ecclesiarum utilitatem evocaret: modo ad ipsum visendum in Judæam usque proficisceretur, & unâ cum ipso aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet. Sed & Alexander Hierosolymorum, & Theodotus Cæsareæ apud Palæstinam episcopus, ipsi perpetuo tamquam magistrum auscultantes, soli interpretationem sacræ Scripturæ, ac reliquum omne ecclesiasticæ doctrinæ officium permiserunt.

CAPIUT XXVIII.

De persecutione sub Maximino.

Vide Nicephor. l. 5. c. 20.

Interea cæso Alexandro Imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus. Qui gravi odio succensus adversus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos ecclesiarum Antistites, utpotè evangelicæ prædicationis auctores interfici jussit. Quo tempore Origenes librum de martyrio composuit, quem Ambrosio & protocteto Cæsariensis ecclesiæ presbytero dedicavit: eo quod uterque in ea persecutione non mediocri discrimen subierat. Unde & maximam gloriam ob confessionem nominis Christi ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plusquam

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ.

Ὡς Ἡρακλᾶς τῷ Ἀλεξανδρῶν Ἐπισκοπῶν διδασκαλίαν ἐπέστησεν.

Τὸς δὲ ἦν τέτο δέκατον τῆς δηναρχίας ἡγεμονίας, καθ' ἣν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάσασιν εἰπὴ τὴν Καισάρειαν ὁ Νεργίνης ποιησάμενος, Ἡρακλᾶ τὸ τῆς κατηχέσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλείου καλῶς ἐσκεύησεν μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρῶν ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος τελευτήσας, ἐπέστησε τοῖς ἑταίροις καὶ τεσσαράκοντα τὴν λειτουργίαν διαρκέσας διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ Ἡρακλᾶς διέπρεπε δὲ ἐν τῷ Φιρμιλιανῶς Καισάρειας τῆς Καππαδοκῶν Ἐπίσκοπος.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ.

Ὅπως αὐτὸν ἑάρων οἱ Ἐπίσκοποι.

Τὸσαύτην εἰσάγων πρὸς τὸν Νεργίνου πατρὸν, ὡς τότε μὲν αὐτὸν ἀμφὶ καὶ αὐτὸν κλίμασα εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκ Φέλειαν ἐκαλεῖσθαι. τότε δὲ ὡς αὐτὸν ἐπιπέσει τῆς Ἰουδαίας ἐπέλασθαι, καὶ πᾶσι ἀπὸ συνδιασκεύων χρόνος, εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἐνεκα, μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν Ἰερουσαλήμων πατριάρχης Ἀλεξανδρῶν, Θεόκλητος τε ὁ καὶ Καισάρειαν, τὰ πάντα χρόνον ὡς ἐπος εἰπεῖν παρῶν ἑταίρων ἀπὸ οἷα διδασκάλω μόνω τῆς τῶν θεῶν γραφῶν ἐρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ λόγῳ πράττειν σωεχῶρην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ.

Πρὸς τὸν καὶ Μαξιμίνου διαγνώμην.

Τὸν γε μὴν Ῥωμαίων αυτοκράτορα Ἀλεξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τῆς δεκάτης διανύσασθαι, Μαξιμίνος Καῖσαρ διαδέχεται καὶ ἰσχυρὸν τὸν πατρὸς τὸν Ἀλεξανδρῶν ἑταίρων ἐκ πλείων πῶν σωεσῶτα, διὰ μαρτυρίας, ἵδεν τῶν ἐκκλησιῶν ἀρχόντας μόνους αἰτίους τῆς τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίας, ἀναρεῖσθαι παρῶν. τότε καὶ Νεργίνης τὸν πατρὸς μαρτυρίας σωτάθει, Ἀμβροσίω καὶ Προβαχίω τῶν πατρῶν ἐν Καισάρειᾳ παροικούντων ἀναθεῖς τὸ σύγγραμμα ὅτι δὴ ἀμφὸς πᾶσι τοῖς ἐχθρῶν ἐν τῷ διαγνώμῳ κατεῖληκεν, ἐν ἣ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγῳ ἐπιμολογία τῶν ἀνδρῶν, ἐπὶ πλείονος ἢ τρισῶν χρόνων τῷ Μαξιμίνῳ διαγρομῶν.